

## DE ADJECTIVIS.

7

*Et est quadruplex: Prænomen, Nomen, Cognomen & Agnomen: ut, Publius Cornelius Scipio Africanus.*

*Quid est Nomen Appellativum?*

*Appellativum est, quod multis est commune: ut, homo, urbs.*

*Quot terminationum sunt Substantia, Mobilia?*

*Duarum terminationum: ut, Terentius Terentia, Dominus Domina.*

## DE ADJECTIVIS.

*Quid est nomen Adjectivum?*

*Adjectivum est, cui addi potest in Germanica lingua Mann/Weib/Ding: ut, albus, niger.*

*Vel: Cujus significatio ab sg altero intelligi non potest.*

*Quot terminationum sunt Adjectiva?*

*Omne Adjectivum est vel Unius terminationis, vel Duarum, vel Trium: ut felix; fortis forte; bonus bona bonum.*

*Pauca quædam sunt Duarum & Trium simul: ut, Inermis e, & inermis a, um. Sic Exanimis, unanimis, infrenis, effrenis, enerbis, bijugis, quadrijugis, imbecillis, semisomnis, hilaris. Ubi tamen Fæminina in A bix occur- gunt.*

*A 4 Quomo-*